



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

V. Dei cura & providentia circa Ecclesiam Catholicam quo ad hanc item.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

sunt hæc, quoniam & pugnatio sunt & pessime à scriptura probantur. Quomodo enim si homines meræ tenebræ sunt, nihilominus scintillæ sunt, aut exigua vestigia donorum Dei? aut si sunt meræ tenebræ, quomodo non excusabiles sunt de non lucere? Fatua suntigitur ista assumenta. Omisso quod ibidem peccatum Hominis multo magis risu digna definitione depinxit, dicens non esse aliud quam quodcum homo in honore esset nō intellexit. Et, quod ipsum Remonstrantes ut plurima alia exprobant, quæ prætereo, cum ex paucis adductis in medium cuiusvis furitatis Confessionis Belgicæ iam tum innotescere possit, cuius occasione in Hollandia Schisma fuit inter Calvinistas meritissimè conflatum.

V. Elucet ex hinc singularis Dei in Ecclesiam suam Catholicam prouidentia, qui ex ipsa Schola Calvini Reformatam Cathedris Ecclesiarum Catholicæ populo erexit & excitauit eis aduersarios & eversores in pia Confessionis Suenos, ut hinc & inde stantes acies concurrere bellato tanto, ut contra Europa ad spectaculum fuerit excitata, de causis belli decursu cap. 8. agetur. Inter ea vobis est, ut diuinæ prouidentia consideratio continuetur, à qua etiam illud est gloriolum Ecclesiæ Catholicæ gestum, quod cum se Remonstrantes Calvinianis Antagonistis suis opponere cooperunt, ipsi metu non de suo paupere penu, sed de Romana Ecclesiæ armamentario arma aduersus hostem valitura, sumere debuerunt. Testatur hoc ipsi Remonstratum antagonista qui identidem questi sunt de Fratribus suis, quod è lesuitarum libris Suarezio, alijsque Papistis argumenta sumptissimè, ad se Confessionemque suam suauem oppugnandam, quæ tamen argumenta, non rationum momentis aut (scriptura, tātōpere semper sibi clara, & diuite & sufficiente, & illuminante) sed ciuilis potestatis violentia retundere debuerunt, imo opprimere, quia in re iterum diuinæ prouidentiæ radius pulcherrimus cluecscit, dum iustum causam & bonam in Remonstratibus vt ostendam oppressis, nō permisit triumphare, ne contraheret laetitia Catholicæ doctrinæ ullam ex hoc infamiam, quod per hæreticos fuisset defensia. Etiam vt mali defensores eius intelligenter se frustra armis Catholicoru[m] pugnare, qui nolint cum ijsdem in ijsdem eorum castris, nempe Ecclesia eadem vivere & militare. Cesset iam ab animis Catholicoru[m] admiratio ista: cur in Remonstratibus bona causa fuerit à Contra Remonstrantibus potenter oppressa?

De Catechismo Reformatarum Ecclesiarum,
& quæ circa illum euenerunt.

C A P. VIII.

- I. Author Catechismi Reformatarum ad Rhenum Ecclesiarum sue Heidelbergensis.
- II. Eiusdem Catechismi Synopsis.
- III. Eiusdem absurdæ quinque in I. questione eius & Responsione deprehensa.
- IV. Similia plurima ex alijs questionibus eius & Responsis detecta.
- V. Quomodo idem Catechismus à Catholicis scriptore fuerit festivè explosus.

I. **A**uthor Catechismi Palatinæ seu Heidelbergensis fuit Zacharias Vrsinus Vratislauensis in Silesia natus. Siquidem pater eius Casparus Beer (Latine Vrsus) quondam paedagogus in Austria, exactus inde Vratislauia, confidens Lundimagistrum agendo notham duxit, ex qua Zachariam istum suscepit An. 1534. 18. Iulij. Vole honestissimè eius vitam commemorare, ex Fratre eius in fide Festo Hommio, ne queri possint Reformati affectibus, cum eo actum esse. Anno igitur 1550. Vittebergam ad Studia literarum missus, mercatorum quorundam eleemosynis ibi vixit, audinitque Philippum Melanchtonem, cum quo Ann. 1553. pestis metu expulitus Vitteberga Torgam secessit. Cum autem Melanchton paulo post alio inde esset euocatus. Vrsinus ad Rheni partes contendens per Helvetios & Losannam & Genevam pervenit, ubi Calvinii auditor factus ex Lutherano, vel Melanchtonico factus est Calvinianus. Discedensque à Calvinio librarijs munusculis, quibus se aliosque insiceret, est donatus; ipse vero Hæres tam à Melanchthonie quam Calvinio haustas partim immutatas fuit, partim aliter coxit. Geneva autem recessens Lugdunum Galliarum, deinde Parisios profectus, Vratislauensem fere impensis, istic Ioannem Mercerum Hebraicæ linguæ professorem, audiendo aliquid profecit. Inde per Helvetios, Tigurum imprimis, hæreticis nobilem vibem, transiens per Sueviam Ulmam atque Tubingam, Notimbergamque ac Franconium, rediit Vittebergam ad veterem hæresis Magistrum Melanchtonem